

DISSERTATIONIS THEOLOGICÆ,
DE
FIDE REVELATIONI
DIVINÆ HABENDA,

PARS I.

QUAM

Approb. Max. Vener. Facult. Theol. in Reg. Acad. Aboënsi,

PRÆSIDE

Mag. JACOBO TENGSTROM,

S. S. Theol. Prof. Reg. & Ord.

PRO CANDIDATURA THEOLOGICA

Publice examinandam sistit

ERICUS JOH. FROSTERUS, *Joh. Fil.*

Pbil. Mag. Ostrob.

In Auditorio Majori die 1. Junii 1799.

Horis a. m. solitis.

A B O Æ,

In Officina FRENCKELLIANA.

DIVINAE HABITAE
ET REVELATIONI

Δὴ πικρὸς μετὰ τὸν θάνατον, ὃ δὴ εἶδος.

PAULUS, 2. Cor. V. 7.

Es ist seliger Gewissheit zu geben, als zu nehmen, seliger, Gründe der Wahrheit aufzubauen, als nieder zu reisen,

SEILER,



§. I.

In omni Religione æstimanda quam maxime nosse interest, quibus potissimum innitatur fundamentis, e quibus fontibus principiisque placita ejus deduci atque demonstrari debeant. Cum enim omnis in eo versetur, ut amorem & reverentiam Summi Numinis mentibus nostris imprimat, virtutem atque veram pietatem tam amabilem quam facilem nobis reddat, jucundissimo summi boni sensu nos perfundat, atque spem certissimam nobis faciat altioris denique atque sempiternæ potiundæ felicitatis, digna certe est hæc augusta atque benefica cœli filia, quæ non modo avidis nostris excipiatur amplexibus, verum etiam quam attentis adeo & defixis contemplemur oculis, ut ne nubem pro Junone merosque ingenii humani lusus atque turpes superstitiones pro dictatis divinis amplectamur.

Est omnis Religio a Deo, omnis veri bonique summo fonte atque auctore, qui inde a generis nostri primordiis æquisima recti atque honesti præcepta alte adeo præcordiis mortalium indidit, ut nullis sophismatibus inde evelli, nullis affectuum cupiditatumve perturbationibus penitus obrui queant; quorum jura quid fas & par sit, quidve secus, conscientiæ pro imperio dictitant, quibus ipsis omnem Religionem niti atque contineri voluit. Obtulit nobis præter hæc in vastis naturæ regnis tot innumera fere eaque apertissima omnipotentia, sapientiæ, bonitatis atque reliquarum summarum suarum perfectio-

num vestigia, tam in maximis quam minimis ubique contemplanda atque suspicienda, ut jure cum *Paulo* affirmare queamus, ipsum se nobis haud subduxisse *apocrypho*. (*Act. XIV. 17.*)

Ex his vero limpidissimis *Rationis & Naturæ* fontibus Religionem haurire diu nec valuit nec voluit miserum hominum genus, teste *Historia* inde a primis suis incunabilis ad foedissima vitia & superstitionum commenta adeo prouum atque prolapsum, ut jam omnem *Divinitatis* atque honesti sensum ipsum exuisse putasses, nisi in ipsis ejus erroribus & religiosis fabulis indicia quædam cernere licuisset lucis, qua mentes ratione præditas collustrare optimus rerum humanarum arbiter olim dignatus est. Esse Deum, eumque recti bonique tenacem, atque legum suarum sanctissimum vindicem, obediendum esse ejus præceptis, virtutumque præmia non minus quam vitiorum pœnas nos post mortem manere, omnes fere, etiam quæ barbaræ dici solent, gentes professæ sunt; licet his indubiis atque divinis veritatibus absurdissima apposerint delirantis phantasiæ humanæ figmenta, quibus omnem pæne Religionem denique sustulerunt, ejusque in moribus atque sensibus animi emendandis vim reddiderunt vanam atque irritam.

Quamvis vero in variis gentibus varias Religionum formas cernere liceat, in eo tamen eximie conveniunt, quod origines divinas præ se ferant, & revelationibus variis supernaturalibus placita sua superstruere conentur, quo hinc & plus auctoritatis atque reverentiæ sibi concilient, & defectus cognitionis humanæ quodammodo suppleant. Ex innato namque intellectui nostro nili causas rerum indagandi atque cognoscendi, cuique effectui sensibus nostris sive interno sive externis percepto, rationem quandam ultro adjungimus quærimusque sufficientem.

tem, interdum quidem veram, sive jam proxima, sive intermedia fuerit, at si hæ nos lateant, effectam saltem, atque denique ultimam in Deo, omnium rerum atque effectuum summo auctore atque principio, inveniendam. Hinc itaque factum est, cum in generis nostri initiis acta admodum atque exilis esset prisorum hominum sapientia, ut non tantum phænomena naturæ insigniora, utpote terræ motus, fulgura atque tonitrua, tempestates, eclipses corporum cœlestium &c., verum etiam facta quævis præclara & insolita, notitiæque omnes supra vulgi caput posita, quamvis in se modicæ latis atque melioribus ingeniis facile obvia, Deo tanquam causæ efficienti immediatæ tribuerentur; cui itaque primæ generis nostri ignorantia atque hebetudini plerasque debemus spuriarum Revelationum fabulas, imminutas denique atque fictitiæ suæ sanctitatis nimbo sensim exutas, prout majores fecerint homines progressus in facultatibus animæ suæ atque legibus naturæ sensibilis cognoscendis.

Habere sic veteres Græci & Romani sua *Oracula*, & viva voce tradita, & litteris consignata, Persæ suum *Zendavesta*, Indi suum *Vedam*, Sinenes libros sacros *King* appellatos, Arabes *Alcoranum*, Judæi scripta *Mosis* atque *Prophetarum*, quibus *Patrum* traditiones addiderunt in *Talmude* denique collectas, nosque Christiani & *V. & N. Testamenti Sacras Pandectas* pro divinis atque *θεοπνευστοῖς* summo jure veneramus atque colimus.

Cum vero vicissim & illi, neque admodum pauci, præsertim in Philosophorum scholis & apud cultiores populos existerint, (*Naturalistas* appellare solent), qui, rationis sibi relictae plus justo evehentes vires atque intelligendi aciem, omnem Revelationem sic dictam supernaturalem s. extraordinariam, tanquam minus necessariam & inutilem, imo Religioni & virtutis studio noxiam,

Deo omnino indignam, & hanc ipsam ob causam impossibilem, prorsus negare atque respuere ausi sint, omnem Religionem ex sola Naturæ contemplatione & conscientia atque reverentia recti mentibus nostris immisfa hauriendam statuentes; in tanta Religionum ac sententiarum diversitate non juvat modo atque decet, verum oportet (1 *Thess. V. 21. Act. XVII. 11. 1 Job. IV. 1.*) quemque pium verique & recti studiosum attente & quo valet acumine, sepositis omnibus præjudicatis opinionibus, in id inquirere, quibus fundamentis nitatur sua de veritate doctrinæ, cui adhæret, persuasio? quænam ea sint criteria, ex quibus genuina divina Revelatio dignosci possit? & denique: num hæc eadem criteria libris nostris sacris ex asse convenient? quo sic & Scepticorum male sanam de omnibus etiam fide dignissimis dubitandi licentiam evitet, & simul sedulo sibi caveat, ne omnem fidem Revelationi habitam meris debeat præjudiciis & vulgi opinionibus, quas accuratius examinare vel molestum vel periculosum omnino sibi duxerit.

Instituerunt maxima qua fieri potuit industria inde ab antiquissimis temporibus tale veritatum revelatarum examen Christianæ Ecclesiæ acutissimi Doctores, fidemque illis debitam variis argumentis contra infidelium insultus munire conati sunt. Hæc vero cum e Philosophorum penu depromere necesse habuerint, varia quoque, pro scientiarum philosophicarum varia facie, eorum adstruendorum fuit ratio, & cuique seculo sua hac de re disputandi placuit methodus. Postquam Philosophia sic dicta *Critica*, caput sublime nostro avo tollens, & quæ diu pro sacris atque immotis habita fuere opinionum systemata, imo ipsa cognitionis humanæ principia quætere ausa, in hunc quoque campum exspatiata est, ea de novo sub incudem revocans demonstrationum genera, quibus in auctoritate Revelationis tuenda atque vindicanda

nimis

nimis fortassis secure olim Theologi pariter atque Philosophi nostri usi sunt; a via hucusque trita tantisper deflectere, munimenta que nova quasi arte atque sollertia constructa circum Revelationis nostræ sacra palatia ponere necesse habuere, quotquot his temporibus Doctrinæ revelatæ & rei Christianæ consulere aggressi sunt. a)

a) Cum *Theologia* nihil aliud sit, quam *Philosophia circa Religionem Christianam*, mirandum neque est, ex varia, quæ & olim obtinuit, & hodie obtinet, Philosophiæ tradendæ ratione, variam & in novas subinde formas immutatam pependisse methodum, qua in Scientia Theologica seculi ejusque utibus adaptanda Christianæ Religionis Doctores versati sunt; cujus rei & annales Ecclesiæ, & scripta bene multa, quæ ad nos pervenere Patrum atque Theologorum omnis ævi, fidem nobis faciunt. Ad *Platonicæ* namque scholæ placita primum efficta, *Aristotelicæ* disciplinæ formam tandem induit, hujusque principiis conformata, miro orbis Christiani consensu, etiam post reformationis tempora, in scholis imo Protestantium, sola fere dominata est, donec *Cartesii*, *Baylii*, *Lockii*, aliorumque, denique *Wolffianorum*, atque hodie *Criticorum* Philosophorum studiis provocati, varias in Religionis doctrina pertractanda vias recentiores Theologi ingressi sunt, jam in id intenti, ut & præsentis seculi genio, & innovatis reliquarum scientiarum indumentis, Theologiam accommodent; quorum in rem theologiam merita novæque Philosophiæ ad Religionem Christianam habitum, æqua, ut nobis quidem videtur, lance haud ita pridem ponderavit b. J. C. DÖDERLEIN in suo *Theologisches Journal* 1792. B. I. St. I. pagg. 29 199. — Qui ad laudatæ Philosophiæ præcepta Theologiæ revelatæ capita primus, quantum quidem nobis constat, revocare atque examinare instituit J. H. TIEFTRUNK, editis libris: *Einzig möglichen Zweck Jesu*, 1789. (2. Ed. 1793.) *Versuch einer Kritik der Religion*, 1790, & *Censur des Christl. protestantischen Lehrbegriffs* P. I-III. 1791 - 1795. (P. I. Ed. 2. 1796.) quibus subjungendæ ejus *Dilucidationes ad theoreticam Religionis Christianæ partem* 1793, gratiam quidem suorum non omnino inicit, varia seculi expertus judicio; attamen viam princeps tentavit, quam post ipsum sine mora calcarunt alii, e quibus eminent C. F. STÄUDLIN *Ideen zur Kritik des Systems der Christl. Religion* 1791: & præ aliis memorabilis ipse *Critica Philosophiæ Antesignanus* I. KANT,

Et cum gravis omnino atque præclara nobis visa sit hæc materia, in qua qualitercunque enodanda, Specimen quod-

qui edito libello: *Religion innerhalb der Grenzen der blossen Vernunft*, 1793. (Ed. 2. 1794.) in eo omnis est, ut novam Philosophiam cum Religione Christiana amicissima harmonia conciliet, ita nempe explanatis atque definitis hujus dogmatibus, ut illius asser-tis denique convenient. Instat Magistri vestigiis certatim imitato- rum anxia turba, e. g. J. G. RÄTZE *Ueber die Kantischen Religion* 1794; C. H. G. VENTURINI *Ideen zur Philosophie über die Religion und den Geist des reinen Christenthums*, 1794, C. F. AMMON *Ent- wurf einer wissenschaftlichen Theologie*, 1797, &c. cum ab altera parte Kantiana Religionis revelatæ dogmata exponendi methodus valde displiceret non modo plerisque veteris Orthodoxiæ defensori- bus, verum etiam haud paucis ipsius *Critica* Philosophiæ amicis, e quibus inclaruere qui scripsit: *Zweyte Revision der popularen Theologie*, in L. H. JACOBS *Annalen der Philosophie*, 1795. pagg. 697. seqq. & W. J. KRUG *Briefe über die Perfectibilität der geof- senbarten Religion*, 1795, præter alios, qui cum reliquis novæ Di- sciplinæ alumnis in eo quidem consentiant, quod omnem Religio- nem, adeoque & revelatam, moralitati & practicis principiis super- struendam esse statuunt, in ea vero proponenda sensui litterali ac- curate inhærendum esse putent, adeoque dogmata ejus, quæ *positi- va* & Christianæ Religioni propria æstimari solent, illibata omnino & ab omni arbitraria ad philosophemata sequioris ævi contorta ac- commodatione libera esse velint, suo nempe loco relinquenda tan- quam *ασθενη και πλωκα σοιχεια* (Gal. IV. 9.) s. prima Reli- gionis rudiorum elementa atque altioris sapientiæ involucra, qui- bus jamjam abolendis succedere debeat *σοφια εν τοις τελειοις* (1. Cor. II. 6.) s. perfectior Religionis doctrina, teneræ Ecclesiæ Christianæ ætati nondum conveniens, at jam, sepositis præcorum temporum religiosiis mythis, ad rationis practicæ præcepta tota quanta conformanda atque perficienda, donec pertingamus *εις αν- θερα τελειον, εις μελλον ηλικιας τς πληρωματος τς Χριςτς* (Ephes. IV. 13.) qualem forte nobis nuperrime exposuit G. C. CAN- NABICH in suo *Kritik alter und neuer Lehren der Christl. Kirche*, 1799? (*Allg. Litt. Zeit.* 1799. N. 64.) Cfr. ad h. l. quæ de perfectibili- tate hacce Religionis Christianæ jam ante-conditam scholam Kantia- nam multis disferuerunt J. S. SEMLER in variis suis scriptis, inpri- mis vero in libro: *Ueber historisehe, gesellschaftliche und morali-*

quoddam edituri Theologicum, tenues periclitaremur ingenii vires, eam, subtimido quamvis ausu, tractandam arripui-

sche Religion der Christen, 1786, & G. E. LESSING *Erziehung des Menschen Geschlechts*, 1782; quibuscum nostro ævo fecit W. A. TELLER: *Die Religion der vollkommern*, 1792, ut alios taceam. — Præ multis vero *Criticæ* disciplinæ fautoribus omnium in se convertit oculos J. G. FICHTE, de fide Revelationis accuratius exploranda egregie omnino meritus, multisque præsertim suorum celebratus laudibus, inde a quo, suppresso auctoris nomine, 1792 primum prodiret ejus *Versuch einer Kritik aller Offenbarung*, (Ed. 2. 1793.) quo eximii acuminis opusculo, cujus Auctorem communi fere errore ipsum *Criticæ* Scholæ statorem orbis eruditus primum censuit, in id annititur, ut finitæ & *Religionis* in genere, & speciatim *revelatæ* notionibus, non solum possibilitatem ejus ex solis prædictis rationibus adstruat, verum etiam genuina ejus criteria a priori, qua fieri possit accuratione, eruat atque dijudicet; cujus asserita rata habuere, docendique formam in præcipuis saltim secuti sunt plerique, qui post ipsum in materia hæcè maximi momenti pertractanda operam posuerunt, non modo *Critici* Philosophi e. g. Auctor anonymus libri: *Kritische Theorie der Offenbarung*, 1792. & imprimis F. J. NIETHAMMER in sequentibus scriptis: *Ueber den Versuch einer Kritik aller Offenbarung*, 1792. *Ueber Religion als Wissenschaft*, 1795, & *de Revelatione modo rationis præceptis consentaneo stabilienda*, 1797; verum etiam ex reliquis Lutheranz Ecclesiæ recentioribus Theologis haud pauci, & in illis præ primis celebris G. F. SEILER edito opere: *Ueber die göttlichen Offenbarungen*, P. 1, II. 1796, 1797, qui pro ea, qua semper in aliis dijudicandis usus est æquitate ac moderatione, etiam recentiorum de Revelationis doctrina merita *sine ira & studio*, ut Theologum deceet, æstimat; ejus judicium eo majori fiducia hic apponere lubet, quo certius constat, eum antiquæ Orthodoxiæ laudem præ multis aliis sui ævi Theologis adhucdum tueri, animoque, quo & olim, alacri atque pio, nutanti veterum systemati fortes apponere humeros: *Die kritische Untersuchung, die Einwendungen und Zweifel vedlicher Philosophen und Theologen, auch selbst die Angriffe erbitterter Gegner, haben, wie zu allen Zeiten, so auch in unsern Tagen, auf mannichfaltige Weise Anlass zu tiefen Untersuchungen alter Wahrheiten, zu neuen Bestimmungen und bessern Beweisen derselben gegeben. Hätte nicht die menschliche Vernunft es versucht, die Möglichkeit, die Eigenschaften und Kriterien einer göttlichen*

ripuimus, probe inter hæc memores, quæ in argumento arduæ adeo indaginis Veritati debeamus, quæ Pietati atque Ecclesiæ, adeoque benignam tuam B. L. sperantes censuram.

§. II.

Cum vero ambiguum sit *Revelationis* vocabulum, ita ut neque in S. Sacra, neque in Theologorum scriptis, semper eodem sensu occurrat, interdum vero latiore, interdum strictiores admittat significationes; paucis eas examinare placet, antequam innuamus, quam inprimis notionem nos in sequentibus ei commodissime subjiciendam esse existimemus. *b*)

Revelare (Hebr. גלג, Gr. αποκαλυψαι I. φανερον) in genere & per se denotat rem quamcunque, quam quis ignoravit,

Offenbarung, aufs neue in scharfe Prüfung zu nehmen und genauer zu bestimmen, so würde man von der wirklichen Offenbarung immer die alte Theorie behalten haben. Es ist Hoffnung vorhanden, es werde endlich dahin kommen, dass Vernunft und Offenbarung in die vollkommenste Harmonie gesetzt, Hand in Hand die Seelen, welche Sinn für Wahrheit und Religion haben, ganz sicher und ruhig zum Ziele führen werden. Nur muss man diesen Endzwecke nicht dadurch zu bewirken suchen, dass man, anstatt sie beyde freundschaftlich zu vereinigen, dieselbe feindselig trenne, und die höhern Offenbarungen in den äussern Vorhoff des Tempels der Vernunft verweise, um daselbst mit den kleinen Kindern und ihren Wärterinnen zu spielen, während dass die Vernunft-Religion in ihrem Heiligthum einige gelehrte Männer unterhält, und den unmöglich auszuführenden Entwurf ihnen vorlegt, alle Menschen zu Philosophen zu machen. Nein, Jesu Christi Religion ist selbst erhöhte Vernunft-Religion, verbunden mit den besten religiösen Sittenlehre für die gesammte Menschheit auf Erden. (In Præf. P. 2. pag. III.)

b) Cfr. Fichte Kritik a. Offenb. Ed. 2. §§. 4, 5, 6.

ravit, notam ipsi reddere, sive illam & aliunde cognoscere potuisset, sive secus, quo latissimo sensu etiam in S. S. alicubi adhibetur. c) Inprimis vero & potissimum de Deo dicitur, se, sua attributa, opera atque consilia hominibus revelante, quo hac sua institutione Religionem & Pietatem mentibus eorum informet. d)

Aperit vero Deus hominibus has notitias non tantum ad statas Naturæ leges per *Rationem*, recti atque iusti sibi intime consciam, *resque in mundo etiam sensibilibus nobis obvias*, quibus edocti, ad Deum legis moralis supremum Statorem & universi hujus Conditorem pariter ac Rectorem sapientissimum optimum reverendum & amandum nostra sponte quasi compellimur; e) verum etiam

B

fin-

e) Sic e. g. *Saul* I. *Sam.* XXII. 8. dolet neminem sibi revelasse filii feditiosa molimina; & *Paulus Ephes.* V. 13. vitia quæcumque occulta in lucem protrahit *Φανερα* appellat.

d) E. g. *Math.* XI. 25, 27. ubi consilia Dei recondita a Christo Discipulis patefacta *αποκαλυψεως* nomine veniunt; quemadmodum & in sermone, quo *Salvator Math.* XVI. 17. *Petrum* alloquitur: *σαφὲς καὶ αἶμα ἐκ ἀπεκαλυψε σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*: humana sapientia te non edocuit, scilicet, Jesum esse verum Messiam, sed Pater meus celestis.

e) Loquitur de hac Revelatione divina per rerum naturam facta *David* Ps. XIX. 2. & alibi; *Paulusque Rom.* I. 19. seqq. expresse testatur: *το γινώσκοντες Θεὸν Φανερόν εἶναι ἐν αὐτοῖς (ἐδησόν) ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσῃ* &c. ubi verba *ἐν αὐτοῖς* commode ita explicari posse videntur, ut innuant cognitionem de Deo, recti & æqui sanctissimo vindice, quam ex conscientia sui animæque quasi ex fundo & morali sua natura homines hauriunt; (Cfr. *Rom.* II. 14, 15. & VII. 23.) cum, quæ sequuntur, res reliquas creatas sensibus externis parentes spectant, earumque vim ad sensum summi cujusdam Numinis in nobis excitandum commemorant, Neque enim varia illa dubia, quæ contra *theoreticam* hancce, intellectui humano facile adeo ubivis terrarum obviam, & e considera-

singulari providentiæ suæ interventu atque peculiari Numinis sui adjutorio, (*Revelationem* communiter dicere solemus) cujus modum atque intimam naturam penitus explicare nobis datum non est, qua ea nobis cognoscenda & credenda proposuit, quæ ipsi sentiendo, indagando, & ratiocinando *vel* plane non valuissemus detegere, cum captum mentis humanæ omnino superent, ex quo genere sunt & vaticinia Prophetarum de rebus futuris contingentibus, (*Deut. XVIII. 18. Amos II. 7. &c.*) & dogmata quædam sublimiora, Religioni Christianæ propria, e. g. de Patre, Filio & Spiritu Sancto, de incarnatione Filii Dei, &c., *vel* quæ in se quidem rationi humanæ cognoscibilia, ejus tamen hactenus effugerunt aciem, & vel nunquam, vel nonnisi post longiorem temporis tractum, neque tum certa satis atque perspicua, humano forte innotuisent ingenio.

Notiones itaque de Deo, ejusque proprietatibus & finibus, quas sensus nostri, sive interni sive externi, sine accedente singulari quadam & insolita procuratione divina, nobis suppeditant, *revelatas* appellare, genius quidem ipsius vocabuli atque linguæ non prohibet, cum a Deo, rationis nostræ & sensualitatis auctore, etiam hæc notitiæ pro-

tione rerum creatarum empirica petitam, de Deo ejusque existentia & proprietatibus philosophandi rationem, post *Kantium*, attulere plerique ejus Discipulæ fautores, *moralem* quippe e principiis Rationis practicæ pendentem Dei cognoscendi vel credendi viam unice commendantes, tamquam quæ sola ad fidem & pietatem in Deum duceret, id effecere, ut *illam* e scholis Theologorum, nedum e vita communi, eliminatam vellemus, cum æquius & consultius esse videatur, ex utroque haurire fonte, nullumque spernere momentum, quo Religio inniti atque animis hominum informari possit. Cfr. SEILER *Ueber die göttl. Offenb.* P. I. pag. 35. seqq. & C. F. AMMON *Brevis argumentationum pro Summi Numinis existentia recognitio*, 1793 & contin. 1794. p. 2.

proveniant, & jure itaque dici possit ipsum eas nobis, per naturam scilicet, *revelasse* f) Cum tamen usu plurimum invaluit, ut ea, quæ Ratione duce de Deo ejusque finibus & consiliis intellecta sunt, ab illis discernamus, quæ ex peculiari Dei beneficio & institutione plane extraordinaria ad nostram pervenerunt cognitionem, manebimus in vocum communiter recepta significatione, *illius* generis veritates ad forum *Theologiæ* sic dictæ *naturalis* deferentes, *has* vero, quæ in S. S. nobis propositæ sunt, *Theologiæ Revelatæ* subjicientes ambitui & scrutinio.

Monuimus verò jam non omnia, quæ ex speciali illa Dei procuratione nobis manifestata sunt, & Religione sic dicta *revelata* jam continentur, intelligendi vim finitæ mentis humanæ transcendere, quamvis nonnulla in ea occurrant, quæ, nostræ plane exempta indagini, fidem quidem & reverentiam postulent, intelligentiam vero minime admittant. Nam postquam *illa*, s. ad quæ concludendo e rerum natura Ratio in se spectata nos ducere debuisset, per plurima tamen secula genus humanum

B 2

igno-

f) Familiaris admodum est hæc dicendi ratio recentioribus inprimis Philolophis, ut ex sequentibus vel exempli loco positis patet: *Was in unsern Gewissen spricht, ist die Stimme der Gottheit selbst, die uns ihren Willen offenbart. Durch die Stimme des Gesetzes in uns, unsers Daseyns in einer übersinnlichen Welt uns bewusst, hören wir in ihr die Stimme der Gottheit selbst, zu der wir uns durch sie erhoben fühlen. Das Bewußtsein des Sittengesetzes ist eine fortdauernde Offenbarung Gottes an die Menschen. Unserer Gewisse ist die Stimme wodurch die Gottheit zu uns spricht. Religion oder Erkenntniß unsrer Pflichten als göttliche Gebothe enthält in sich selbst den Grund der Ueberzeugung von ihrer Wahrheit, und ist für uns darum wahr, weil sie dem Menschen selbst in Herz geschrieben ist; &c. (Ueber die Religion als Wissenschaft, pag. 120.)* ut jam alios ejusdem Scholæ Doctores omittam. Cfr. & SEILER I. c. P. I. Cap. 2. *Von den allgemeinen Offenbarungen Gottes, qui huic loquendi modo non minus favet.*

ignoraverat, pessimis erroribus de Deo, ejus providentia atque ipsa officiorum suorum ratione totum fere atque adeo obnoxium, ut nec spes superesse videretur illud sibi relictum ad meliores unquam progresurum notitias; curavit Deus t. o. m. speciali quadam sua Revelatione, ut ad saniozem moralitatis sensum veriozemque Dei cognitionem pars saltim generis humani, Gens nempe *Israëlitica*, quamquam a Scientiarum atque Litterarum omnis fere generis cultura olim saltim valde aliena, maturius tamen quam ulla alia gens perveniret, non cogitando & philosophando de se rebusque naturalibus reliquis, cui cognitionis adipiscendæ viæ insistere haud valuit; sed per Mo- sen & Prophetas, sine longa demonstratione & conclu- dendi ambagibus edocta, esse unum Deum omnipotentem auctorem rerum omnium, eumque solum, spretis gentilium vanis Idolis atque superstitionibus, esse colendum, suspiciendum & amandum; quam generis nostri institutionem, succedentibus seculis amplificavit & uberio- rem reddidit, inprimis per Jesum & ejus Apostolos, qui sua Evangelica doctrina ad plurimas gentes sensim delata, juvante atque procurante Deo, id brevi temporis spa- tio in erudiendis atque emendandis hominibus effecerunt, quod tot acutissimorum Philosophorum Scholæ per omnia præterita mundi secula efficere non valuerant. Cum itaque non nostris ratiociniis & disquisitionibus, sed per singularem institutionem Dei, Religionis quam profite- mur capita nobis innotuerint, jure *revelata* dicuntur, & dici siveverunt, quamvis potissima eorum pars e fontibus Rationis humanæ primo quidem obtutu hausta esse videatur. g)

Stri-

g) In eandem fere mentem diserit KANT I. c. p. 233. *Es kan demnach eine Religion die naturliche, gleichwohl aber auch geoffenbart seyn, wenn sie so beschaffen ist, das die Menschen durch den blos-*

Strictissimo tamen sensu & proprie ea sola *revelata* appellantur, quæ Rationi adeo sunt atque fuere impervia, ut ea nunquam scire potuisset, nisi peculiari Dei institutione nobis fuissent detecta, quæ & hanc ob causam, cum ex ambitu Theologiæ Naturalis petita non sint, *Mysteria Fidei* vocari solent, benignaque & recondita Dei de salute generis nostri consilia potissimum continent. b)

B 3

Hæc

sen Gebrauch ihrer Vernunft auf sie von selbst hätten kommen können, und sollen, ob sie zwar nicht so früh, oder in so weiter ausbreitung, als verlangt wird, auf dieselben gekommen seyn würden, mithin eine Offenbarung derselben, zu einer gewissen Zeit, und an einem gewissen Ort, weise und für das menschliche Geschlecht sehr erspriesslich seyn konnte; so doch, dass, wenn die dadurch eingeführte Religion einmal da ist, und öffentlich bekant gemacht worden, forthin jederman sich von dieser ihrer Wahrheit durch sich selbst und seine eigene Vernunft überzeugen kann. In diesem Falle ist die Religion objectiv eine naturliche, obwohl subjectiv eine geoffenbarte.

- h) *Mysterium proprie dicitur quicquid occultum est, adeoque vel a plerisque ignoratur, vel, quoniam novum ac inopinatum est, vix fidem assequitur; quo sensu conjunctionem Gentilium & Judæorum in unum corpus s. Ecclesiam Christi, per Religionem N. Testamenti efficiendam, dicit Paulus: *μυστηριον τῆς θεληματος τῆς Θεοῦ, & μυστηριον Χριστοῦ*, Eph. I. 9. 10. & III. 3-6. Cfr. Rom. XI. 25; vel etiam quod ita abstrusum & absconditum est, ut sine speciali & uberiori accedente revelatione vel nunquam, vel nonnisi post longam temporum seriem, hominibus innotuisset; quo respectu idem Apostolus Rom. XVI. 25. appellat Evangelium Christi: *μυστηριον χρόνως κωλυοις σπερνημενον*, doctrinam per diutina tempora silentio involutam, h. e. priscorum temporum hominibus nondum propositam, adeoque ipsis occultam, quam vero mox v. 26. dicit jam *φανερωθῆναι & γνωρισθῆναι ἐς πάντα τὰ ἔθνη*, notam reddi omnibus gentibus. — Sic & Col. I. 26. 27. dicit *μυστηριον ἀποκρυφμενον ἀπο τῶν αἰώνων, & μυστηριον ἐν τοῖς ἔθνεσι, νυνὶ ἐφανερωθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ*, doctrinam, quæ per longissima tempora homines latuit, & inter Paganos imprimis ignota fuit, nunc sæturi sanctorum s. Christianis revelari; quæ vero Doctrina Christia-*

Hæc occulta atque mysteriosa Dei decreta non per *traditiones*, neque *scripta solo arbitrio humano exarata*, sed per *Scripturam*, a viris Θεοπνευστοῖς & ὑπο πνεύματος α-γίου φερομένοις litteris consignatam, nobis annunciata sunt; quare & totum Sacrorum Librorum complexum *Revelationis* nomine interdum insignire solemus, licet non omnia quæ in S. S. leguntur strictissimo sensu a Deo *revelata* dici possint, cum & plurima contineat, quæ sacri Auctores ipsi sive cogitando, sive experiendo, videndo & audiendo assecuti sunt, quæ itaque absque omni divina institutione ipsis probe fuere cognita, quamvis Spiritu Dei duce atque moderatore ea dein litteris mandaverint. i)

Hæc vero quæ scripsere Auctores sacri, cum non omnia ad Religionem proprie & κατ' ἐξουσίαν pertineant, nobis hoc loco præcipue est *Revelatio* doctrina Religionis in S. S: a nobis propositæ, qua stupenda & benignissima Dei consilia

na gentibus patefacta non tantum res profus absconditas, sed etiam per plurimas ingenio humano facile obvias, e. g. præcepta de moribus & officiis, proponit. — Apud Theologos vero *Mysterium* plerumque denotat dogma supra captum humanum positum, cui neque inveniendū nec intelligendū acies mentis humanæ sufficit, quam vero *ecclesiasticam*, vel si placet *philosophicam*, vocis hujus significationem frustra, ut nobis quidem videtur, e scriptis N. Testamenti eruere conati sunt plerique interpretes e. g. J. C. DÖDERLEIN *Instit. Theol. Christ.* P. I. §. 24. & S. F. N. MORUS *Epit. Theol. Christ.* Ed. 2. p. 7. seq. præter alios. — An vero & quatenus dogmata hujus generis mysteriosa Religioni revelatæ necessario inesse debeant, adeoque inter veræ Revelationis divinæ criteria numeranda sint, in sequentibus ex instituto disputabimus.

i) Recte itaque dudum monuerunt & monent Theologi, *Revelationem* a *Theopneustia* accurate esse distinguendam; cum *illa* proprie sic dicta mysteria atque vaticinia solummodo spectet, hæc vero ad totam S. S: compagem, quamvis varia ad varias ejus materias, referenda sit. Cfr. J. G. TÖLLNER *die göttliche Eingebung der heil. Schrift*, §§. 4-12, & 58-67, atque SEILER l. c. P. I. pag. 63.

lia, a ratione ignorata, de emendando atque beando genere nostro per Christum, nobis aperta atque patefacta sunt.

Proponit hæc Revelationis doctrina tam *facta*, qualia sunt: Jesum in his terris vixisse, docuisse, passum & mortuum esse, atque tertio denique die e mortuis resurrexisse, &c. *k*), quam *dogmata*, partim his factis, partim ratio-

k) Esse hæc omnia in Religione Christiana præcipua & fundamenti instar reputanda, cui plurima ejus eaque præstantissima innitantur dogmata, antiqua fuit Ecclesiæ nostræ ex clarissimis S. S:æ testimoniis hausta fides; quam vero evertere, vel saltim dubiam reddere, tentavit recentiorum quorundam novum atque commendatum valde sacras litteras interpretandi consilium. Nam quamquam respuerat dudum Exegetis Biblica præscam illam allegoricam mysticamque S. S:æ explicandæ rationem, & interpretationi grammatico-historicæ, GROTII imprimis atque GLASSII junctis studiis in Ecclesiâ Christianam denuo introductæ, jam sua indubia atque per secula perennatura constare videretur auctoritas; Philologorum tamen circulos turbare, atque aliam ipsis, quam qua hucusque insisterant, interpretandi viam monstrare aggressus est celebris Scholæ Criticæ Auctor in libello jam supra laudato: *Die Religion innerhalb den Grenzen der blossen Vernunft*, non dogmata tantum ex S. S:æ eruta, verum etiam *facta* a sacris Scriptoribus historice enarrata, ex principiis moralibus potissimum & intelligenda & explicanda esse statuens, sive verba sensusque litteralis huic interpretationi faveant, sive secus. Pertinet ad hunc locum ea in primis, quibus inde a pag. 157. (Ed. 2.) seqq. demonstrare satagit: *Der Kirchenglaube hat zu seinem höchsten Ausleger den reinen Religionsglauben*, quorum quasi summam, quod ad historias Biblicas attinet, sequentia verba exponunt: *Das Lesen der heiligen Schriften, oder die Erkundigung nach ihren inhalt, hat zur Endabsicht bessere Menschen zu machen; das historische aber, was dazu nichts beiträgt, ist etwas an sich ganz gleichgültiges, mit dem man es halten kann wie man will. Der Geschichts laube ist todt an ihm selber, d. i. für sich, als bekentniß betrachtet, enthält er nichts, führt auch auf nichts, was einen moralischen werth für uns hätte*, pag. 161. (Cfr. pag. 166), quibuscum omnino conveniunt, quæ alio loco hunc in modum disserit: *Man kann sich über die Art erklären, wie man sich einen historischen vortrag moralisch zu Nutze macht, ohne darüber zu entsche-*

rationis immotis principiis, partim & solo Dei testimonio innixa, e. g. Jesum pro peccatis nostris esse mortuum, existere Deum mundi Creatorem & Conservatorem, esse Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum unum Deum &c. & denique *morum præcepta*, arctissimo & amicis-

den, ob das auch der Sinn des Schriftstellers sey, oder wir ihn nur hineinlegen, wenn er nur für sich, und ohne allen historischen Beweis wahr, dabey aber zugleich der einzige ist, nach welchem wir aus einer Schriftstelle für uns etwas zur Besserung ziehen können, die sonst nur eine unfruchtbare Vermehrung unserer historischen Kenntniß seyn würde. Man muß nicht ohne Noth über etwas, und das historische Ansehen desselben streiten; was, ob es so, oder anders verstanden werde, nichts dazu beyträgt ein besse- rer Mensch zu werden, wenn was dazu beytragen kann auch ohne historischen Beweis erkannt wird, und gar ohne ihn erkannt werden muß. Das historische Erkenntniß, welches keine innere für jederman gültige Beziehung hierauf hat, gehört unter die *Adiaphora*, mit denen jeder es halten mag, wie er es für sich erbaulich findet, (pag. 47. not.) *ut alia ejusdem argumenti effata omittam, ad quorum tenorem etiam pericula quædam in sequentibus facit interpretandorum eorum, quæ habet S. S:ia de lapsu protoplastorum & corruptione generis humani, de Trinitate, partu Salvatoris virgineo, passione atque morte ejus expiatoria &c. quæ tam vera atque solida putare haud convenit, quam ingeniosa atque eximio quo dicta sunt acumine cu vis lectu jucunda atque commendabilia. Et celebritas Auctoris, & insolentia rei, & periculum denique, quod rei exegeticæ hinc imminere videbatur maximum, cito citius effecere, ut ad hypothesin Kantianam accuratius examinandam Interpretes alia sentientes undique confluerent, e quibus classicum quasi cecinit J. G. ROSENMÜLLER, editis 1793 & 1794. duobus programmatibus, de fati Interpretationis Sacrarum Litterarum in Ecclesia Christiana, quæ pluribus aucta denuo exhibuit in Commentatione cui titulus: Einige Bemerkungen das Studium der Theologie betreffend; nebst einer Abhandlung über Kants Auslegung der Bibel, 1794, quibus fati superque docuit, vagam istam atque lubricam interpretandi legem, cujus venia ingenio indulgere sensumque in S. S:iam pro lubitu cujusque Scholæ atque Interpretis inferre liceat quemlibet, sive Scriptoris seculique sui genio & religiosi opinionibus conveniat, sive fœcus, veritatem omnem & hermeneuticam & historicam prorsus tol-*

cisfimo vinculo cum *dogmatibus* & *factis* conjungenda, quippe quum moralis hominis emendatio veraque ejus hinc unice pendens felicitas omnis religionis summus atque ultimus finis sit.

C

Qua-

Iere; qua posita interpretandi licentia, facile esset, neglecto omni eruditionis exegeticæ apparatu, per piam quasi fraudem cuncta Disciplina Christianæ *characteristica* s. *positiva*, ut dici solent, dogmata, factaque vitam imprimis Salvatoris dulcissimi spectantia, tamquam mythos priscorum seculorum more symbolicos, & infantia generis nostri proprios, jam vero obsoletos & antiquandos, in nudas accommodationes & moralisationes convertere, diversas quascunque, imo sibi contrarias, sententias ex uno eodemque S. S:æ loco depromere, & ex qualibet denique fabularum congerie decoram omnino Religionem exculpere, quemadmodum fabulas Poëtarum gentilium olim interpretari solebant Græcorum atque Romanorum Philosophi. In easdem partes non ita multo post ivere J. G. EICHORN in *Bibliothek der Bibl. Litter.* P. V. pagg. 203. sqq. & P. VI. pagg. 51. sqq. G. C. STORR *Bemerkungen über Kants philosophische Religionslehre*, 1794. G. J. PLANCK *Einleitung in die Theol. Wissenschaften*, P. II. pagg. 142, 200 - 225. Anonymi in PH. C. HENKE *Magazin für Religionsphilosophie*, &c. P. II. pag. 623. & P. VI. pagg. 140. sqq. W. K. S. ZIEGLER in ejusdem operis P. V. pag. 262. & denique Anonymus in *Neues Magazin*, P. I. pagg. 377. seqq. &c. imo ex ipsis Scholæ Kantianæ asseclis, inprimis quem jam supra excitavimus, W. T. KRÜG in *Briefe über die Perfectibilität der geoffenb. Rel.* præter multos alios. — Qui ab altera parte *moralem* sic dictam S. S:æ exegetis defendere studuerunt, communi quasi uniti symbolo: το γραμμα αποκτησεν, το δε πνευμα ζωοποιειν (2 Cor. III. 6.), in eo plerique versati sunt, ut ejus principia, modum atque fines accuratius & cautius ponerent, præceptaque ejus & auctoritatem ita restringerent, ut genuinæ grammaticæ atque historicæ interpretationi omnino superstructa, non pro lubitu sensum verbis S. S:æ annexat quemlibet fictum atque arbitrarium, sed litteralem ad regulas hermeneuticas inde erutum in vitam transferat, atque ad usum morales veramque promovendam pietatem, præsertim in institutione populari, sedulo convertat, adeoque fidem factorum historicam nec tollat nec imminuat, quamvis præcipuum illorum in Religione momentum ex practica, qua se ad legem moralem officiaque relatione

Qualia vero cuique horum generi convenient criteria, est quod in sequentibus exponere conabimur.

§. III.

Sed quoniam primum atque generalissimum omnis realitatis principium s. criterium est ejus possibilitas, & ne quis nobis occinat, vanam esse atque præposteram omnem de Revelatione quadam divina opinionem, antequam contra multos & antiquiores & recentiores revelatæ doctrinæ adversarios 1) evictum sit, *possibilem* esse talem qualem

habent, æstimandum esse statuat. Hanc in mentem commentati sunt C. F. AMMON in *N. Theol. Journal*, 1794. P. III, pagg. 245. seqq. & Anonymus ibidem pagg. 461. sqq. J. H. TIEFFRUNCK, *Censur d. prakt. Lehrbegr.* in Præf. p. 2. J. J. NIETHAMMER *über Rel. als Wissensth.* pag. 127. K. H. L. PÖLITZ *Beitrag zur Kritik d. Religions Philosophie und Exegese*, 1795. pag. 391. & alii, quibus magis curæ cordique fuisse videtur novum interpretandi genus ita definire ac tueri, ut & adversariis denique placeat, quam ad ejus regulas exegesi sacram experiri. Statu itaque controversiæ jam hunc in modum adornato, sublatisque accuratori rei definitione præcipuis saltim disensionum fomentis, cum Cl. EICHHORN in *Bibl. d. Bibl. Litt.* P. VI, pag. 340. merito judicamus uberiozem omnem discussionem de *moralis* vel adoptanda vel respuenda exegesi esse jam omnino supervacaneam. Cfr. SEILER l. c. P. 2. pagg. 397. sqq. & (C. W. FLÜGGE) *Versuch einer historisch kritischen Vorstellung des bisherigen Einflusses der Kantischen Philosophie auf alle Zweige der Theologie*, 1796. P. 1. §. 7. pagg. 98. seqq.

1) De illis cfr. J. A. TRINII *Freydenker Lexicon*, 1759-1765. In his vero præ aliis, præter *Horum*, *Hieroclem* & *Porphyrium*, eminent (Anonymus) qui in G. E. LESSING *Fragmente des Wolfenbüttelschen Ungenannten* 1784. scripsit: *Unmöglichkeit einer Offenbarung, die alle Menschen glauben können*, pag. 31. sqq. Auctor incertus libelli: *Ueber Offenbarung; Judenthum und Christenthum*, 1785. Item Anonymi: *Freymüthige Betrachtungen über die dogmatischen Lehren von Wundern und Offenbarung*, 1792. A. RIEM *Christenthum und die Vernunft*, 1792, & quam non ita multo post esidit.

lem nos admittimus Revelationem; paucis & hunc locum attingere oportet, cum fundamenti instar sit, quo sive posito sive sublato, omnis reliqua nostra disputatio vel stabit vel corruet.

Posse Deum, omnis sapientiæ atque moralitatis supremum fontem, modo quem ipse optimum atque finibus suis convenientissimum esse intellexerit, hominibus finitæ intelligentiæ, consilia atque præcepta sua revelare, ipsosque hac sua institutione imbutos ad legis moralis piam atque absolutam reverentiam perducere, vel inde patet, quod in ipsa hac Revelationis divinæ notione nihil absurdi insit, nihil quod obstet, quominus cogitemus posse mentes ratione præditas a Creatore suo tantis instrui notitiis, quantis ad virtutem atque felicitatem exsequendam ipsis opus est. Longa itaque & subtiliori demonstratione haud eget, esse Revelationem, de qua quæritur, *logice possibilem*.

Stulti quoque atque arrogantis esset, limites quasi Providentiæ atque Omnipotentæ divinæ ponere, inepta movendo dubia contra vim ejus immensam atque absolutam quoscunque voluerit in mundo physico producendi effectus, quibus se, tamquam omnis boni rectique Statorem atque legis moralis sanctissimum vindicem, mentibus nostris præsentem quasi sistere valeat. Is qui totam atque multiplicem rerum materialium compa-

C 2

gem

hujus Apologia: *Ueber Christenthum und moralische Religion*, 1793; Tractatiunculæ Auctorum incertorum in HENCKES *N. Magazin*, p. I. 1797. propositæ: *Urtheile über Wunder und Offenbarung*, pagg. 280. sqq. &: *Was ist von dem Glauben der Menschen an Wunder überhaupt und eine übernatürliche Offenbarung ins besondere zu halten*, pagg. 453. sqq. Item Anonymi: *Ueber den Glauben an Offenbarung*, 1799. (*Allg. Litt. Zeit.* 1799. N. 78.); quibus bene multa addi possent ejusdem argumenti scripta recens edita, *Revelationi & Christianæ Religioni omnino infestissima*.

gem a se conditam certis subjecit legibus mechanicis atque perennibus, quo ad nutum finesque sapientissimi Creatoris se necessario componant; qui animantibus brutis instinctus & animi motus mere sensuales indidit, quorum quamvis cœco impetu cuncta tamen perpetim feruntur ad genus suum conservandum atque propagandum, eaque appetenda & acquirenda, quæ sibi utilia & jucunda esse sentiant; isne satis non haberet virium, hominum genus, altiores spirans origines & ipsius Creatoris sui optimi maximi referens imaginem, ea cognitione & reverentia Religionis legumque suarum moralium imbuendi, ut earum ope ad virtutem & felicitatem tuto contendere possit? Qua via, Rationisne, an Revelationis? an utraque? quibus adminiculis, an solis naturalibus, sive rerum ordini adstrictis? an simul insolitis quibusdam, *extraordinariis* plane atque *supernaturalibus*, *m*) nos perficere & salvos reddere velit? ab ejus sapientissimo pendet arbitrio, æque ac a potentia ejus infinita, ea exsequi & effectui dare, quæ optima esse viderit, salva nihilominus manente libertate mentis humanæ, & illæso nexu intimo atque admirando, quem res has inter sublunares inde ab ipsarum primordiis Creatoris summi sapientia intercedere voluit. Cum enim in decernenda serie rerum prævidisset,

opus

m) Utimur hujusmodi vocabulis solummodo ad significandum, latere nos ipsam indolem Revelationis divinæ, neque consistere nobis cujus generis instituta sint, quibus nos ad perfectiorem & salutarem magis sui cognitionem summum Numen ducere studeat. Cum rerum suprasensualium s. transcendentalium problematica duntaxat, nobis suppetat notitia, neque adeo pateant nobis abditi Naturæ recessus, at tuto statnere valeamus, quousque ejus adjuti viribus in vero indagandi progredi possimus; modeste fateamur necesse est, ignorare nos modum, quo consilia sua occulta Deus nobis patefecerit, nosque eum *immediatum*, *extraordinarium* atque *supernaturalem* hanc anice ob causam dicere, quod ex sœtis & nobis cognitæ Naturæ & Rationis principiis explicari non possit.

opus esse ad fines quosdam eximios assequendos novis quibusdam, insuetis & a constituto naturæ ordine recedentibus omnipotentiae suæ operationibus, has reliquis, quæ olim in mundo eventura essent, arte adeo jungere, & systemati universi hujus inserere & scivit & potuit, ut tempore, quo voluit, & loco, quem maxime opportunum esse intellexit, effectus suos exlerent, sicque & antecedentibus & consequentibus sapientissime annexæ, totum quoddam omnibus numeris absolutum constituerent, imperturbatis jam positis Naturæ legibus. 7)

Neque dubitandum est, Deum, si forte peculiari quodam Numinis sui interventu genus nostrum docere & emendare consultum duxerit, has meliores notitias animis eorum, quibus eas primum detegere constituerit, futuris quippe earum præconibus, ita communicare atque ingerere posse, ut pro certo sciant, se novam qua collustrantur lucem, nec humanæ institutioni, nec suæ Rationi, multo minus phantasiæ calescentis lusibus, verum Divinæ huicce Revelationi omnem debere; quod etiam tam Prophetæ quam Jesus & Apostoli se revera sensisse olim testati sunt: quamquam nobis, tale quid haud expertis, jam non constet, neque a nobis intelligi & explicari queat modus, quo quis Numen menti suæ præsens sentire atque cogitare possit.

Et quamvis incultis atque sensuum imperio subjectis hominibus tantum non suppetat acuminis, ut in doctorum suorum placita eorumque objectivam veritatem & origines altius inquirere valeant, sed auctoritate potius quam argumentis ducantur in doctrina eorum amplectenda; horum tamen quamvis rudiorum, incitiae atque cogitandi inertiae Deum ita succurrere posse quis negabit,

7) Cfr. FICHTE I. c. §, 9.

ut & in illis persuasio quædam de Religionis sibi exhibitæ Divina auctoritate oriatur & locum habeat, scilicet ex effectibus ejus salutaribus & omnem humanam spem superantibus, complementis vaticiniorum, miraculis aliisque hujusmodi inopinatis & sensus tortiter afficientibus phænomenis atque eventibus, quibus attentionem sensuum hominum excitare, eos ad Religionem reverendam quasi compellere, & fidem atque obedientiam præceptis suis conciliare potuit, donec maturescente sensim eorum ingenio & judicandi vi, veritatem supernæ, qua fruuntur institutionis clarius inspicere, novisque firmioribus atque immotis ex interna ejus indole atque constitutione desumptis argumentis eam fortius munire tandem didicerint.

Restat vero ut disquiramus, an Deo quoque digna sit hujusmodi, de qua loquimur, Revelatio? An fini, legibusque mundi moralis, sapientiæ, bonitati, ceterisque Dei summis perfectionibus, nec non liberæ atque rationis compoti naturæ humanæ conveniat, adeoque *moraliter* etiam, ut dicunt *possibilis* sit?

Condidit Deus hominem *rationis participem*, recti itaque & honesti sibi conscium, præceptisque legis moralis probe edoctum oportere se Creatorem suum atque Legislatorem sanctissimum pia mente venerari, ipsum filiali animi affectu amare, & in lubentissimo obsequio ipsi præstito summam suam quærere & sperare salutem. Ipsa itaque omnis veræ Religionis & pietatis principia jam olim animis nostris indiderat, viamque qua indices ad majorem perfectionem & felicitatem attingere possemus, nobis aperuerat. Hunc vero rationis eximiis dotibus ornatum hominem, *sensualem* simul creaverat, h. e. talem, qui sensuum & experientiæ ope primas rerum apprehensiones atque notiones sibi formare, hasque judicando & intel-

intellectus ope inter se comparando in usus suos convertere posset; qui vero simul rerum in sensus incurrentium facile deceptus lenociniis, molestias atque impedimenta virtutum reformidet, irritamentis vitiorum lubens succumbat, cupiditatumque & affectuum vi ultro citroque abripiatur ad ea cogitanda, decernenda atque agenda, quæ Legi omnino contraria sunt.

Exferit se in nobis hæc sensualitatis vis jam inde a primis vitæ nostræ incunabulis, ejusque imperio jam a teneris adeo asvescimus, ut rationis sera & primo saltim obtutu nobis, sensuum submissis arbitrio, austeræ præcepta minus denique nobis placeant, imo displiceant, parum vel nihil plerumque contra exæstuantem cupiditatem valeant, & in oblivionem tandem abeant. Quo avidius & diutius hisce voluptatum indulgemus delectamentis & fraudibus, eo magis obbrutescit animus, perit reverentia recti, exstinguitur memoria Rectoris atque Legislatoris nostri optimi maximi, tenebræque, superstitiones & vitia mentem occupant. Divagantur sine mora fluentibus seculis hæc mala per totas gentes, aucta indies fatorum injuriis & infaustis rerum conversionibus, seros tandem invasura nepotes, in benefica sua Revelatione generi nostro consulere veluisset providentiâ Dei paterna atque benignissima.

Quæ nobis supersunt antiquissimorum temporum historica monumenta, satis superque testantur, miserissimam olim fuisse populorum a Revelationis luce alienorum conditionem, si mores & religionem spectaveris. Fictitiorum imo scelestissimorum Numinum & Idolorum cultus, nefandis atque absurdissimis conspurcatus superstitionibus, ubique etiam in cultioribus sic dictis gentibus dominabatur. Providentiam divinam & animorum immortalitatem vel ignorabant, vel negabant, vel saltim perversa adeo de his

his rebus ferebant iudicia, ut nihil omnino præsidii atque emolumenti morum doctrinæ hinc accederet. Et quamvis sensum quendam honesti etiam in Nationibus vel maxime barbaris superstitem cernere licuerit; tot tamen succubuit præiudiciis atque affectuum perturbationibus, ut genuinam virtutis notionem ne animo quidem sibi informare potuerint, multo minus eam attingere atque servare morum castimoniam, quam Lex moralis postulat. o)

Cum ad hanc sublevandam calamitatem, omnes terræ habitatæ jamjam pervagatam plagas, rationis sibi relictae perspicacia parum valeret, paucique admodum essent, rari quasi nantes in gurgite vasto, qui vel paullulum saniora sentirent, quæ tamen palam profiteri nec voluerunt nec ausi sunt, neque spes ulla superesse videretur, genus humanum, post tot seculorum longævam corruptionem atque barbariem, suamet industria his unquam emersurum malis; Deo omnis boni & veri summo arbitro indignum minime erat, quin potius ejus sapientiæ; bonitati & sanctitati convenientissimum, facto quodam novo & insolito, sensus afficiente, sopitam quasi excitare rationem, ejus ex diuturna socordia hebetem & sensum moralem & cogitandi vim acuere, atque hoc singulari providentiæ atque Revelationis suæ interventu, tristi nostræ succurrere miseræ, lucem tenebris affundere, superstitionem & vitia reprimere, Religioni ex natalibus suis divinis novum pondus atque auctoramentum addere, & emendata denique morum & immortalitatis doctrina homines meliores & feliciores reddere.

Fru-

o) Cfr. H. GROTIJ *Comment.* ad Rom. I. 18. seqq. ubi plura & selecta hujus corruptionis testimonia e veterum scriptis deprompta exhibet.

Frustra itaque urgeri putaverim, futurum aliquando fuisse tempus, quo & ratio solis suis eveda viribus, omni quamvis Revelationis auxilio destituta, ad has meliores notitias pertingere potuisset, adeoque hanc, quam immediatam dicimus, Revelationem supervacaneam omnino fuisse atque inutilem. Nam si vel ponamus rationem in se & abstracte spectatam ea omnia nos docere posse, quæ ad Religionem & felicitatem pertinent, omni tamen dubio caret, eam sensualitatis congenitæ servam & seculorum offuscata erroribus, ea caruisse & judicandi acie, & recti justique absoluta reverentia, qua ad corruptum adeo mortalium genus erudiendum & emendandum necessario opus erat. Nam, ut jam barbaras sic dictas nationes taceam, quam manca, turpissimis erroribus foedata atque plurimis disensionibus varia & inconstans apud ipsos Græcos Romanosque Religionis & morum doctrina fuit! Quam vani, perversi & ficulnei plurimorum saltem veterum Philosophorum conatus morum & opinionum seculi sui reformandi genium! Quantæque tenebræ hodiernum eas premunt gentes, ad quas lumen Revelationis nondum penetrare potuit! Et si vel audent olim quidam felicioris ingenii homines supra vulgus sapere, & rectiora de Deo & Officiis præcipere; pauci adeo hi erant, ut pro uno *Socrate* & *Platone*, uno *Cicerone* & *M. Antonino*, myriades foedis patrum pertinaciter adhererent superstitionibus: unde facile est intellectu, vix ullum unquam, saltem non nisi post bene multa denuo elapsa secula, his malis futurum fuisse finem, nisi Revelatione sua speciali & coelitus quasi demissa ea sustulisset Numen in nos benignissimum, nosque uberiori hac sua institutione docuisset recondita sua de salute nostra consilia.

Hæc qui attentius pensitaverit, gratisimo & latibundo animo agnoscat necesse est, Revelationem in S. S: a
D
Deo

Deo nobis traditam, qua se & generis nostri Patrem atque Conditorem, & supremum legis moralis statorem nobis commonstrare dignatus est, in summis ejus nobis præstitis beneficiis habendam esse, quam itaque alto spernere supercilio nos homunciones minime deceat.

Et cum simul constet, Doctrinam hanc, quam nobis dedit supernaturalem, esse sanctissimam, nec alia vi nobis imperatam, quam qua ipse justus & bonus vivus sensus animum afficit, ita ut sponte sua decernere quisque possit, utrum, prout oportet, ei obtemperare velit, an seculus; patet satis, eam non tantum Dei summis perfectionibus, verum & autonomiæ voluntatis morali liberæque hominis naturæ esse consentaneam, adeoque non possibilem modo, verum etiam nobis cœcutientibus & corruptis Adami posteris multis nominibus optandam atque expetendam. p)

§. IV.

p) Cfr. quæ Auctor (Ch. F. F.) tractationis: *Ueber die Gründe welche uns berechtigen eine Offenbarung anzunehmen*, in HENKES *Neue Magazin*, 1798. pagg. 401. seqq. contra hanc argumentandi rationem, quamvis frustra, ut nobis quidem videtur, monuit; sed quam feliciter præprimis persecutus J. J. W. JERUSALEM in *Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Religion*, P. 2. C. 1. ubi & solide, & qua solet facundia, dubia divæ nostræ Revelationi opposita simul solvit. Eadem fere via, quamvis alio apparatu, incedit FICHTE l. c. in primis §. 8. & infra pagg. 158. seq. 215. sqq. &c. quique post illum arduæ huic materiæ illustrandæ operam dederunt, SEILER, l. c. P. I. Cap. 4. VENTURINI l. c. Cap. 2. pagg. 260. seqq. F. G. SÜSSKIND *von der Möglichkeit und Wirklichkeit einer Offenbarung*, in STORRS *Bemerkungen über Kants Religions Lehre*, 1795. S. G. LANGE *Versuch einer Apologie der Offenbarung*, 1794. pagg. 161 - 176. &c. — Hæc tamen non valere ad necessitatem quandam Revelationis a priori inferendam & demonstrandam, prout voluere olim LEIBNITIUS, & quæ ejus vestigia premebat omnis fere *Wolfianorum* schola, præter quos & inclutare alii e. g. A. CAMPBELL *the necessity of Revelation*, 1739. G. F. MEYER

§. IV.

His itaque breviter prælibatis, propositam nobis materiam propius aggrediemur, præcipua examinaturi criteria, quibus vera Revelatio a falsis quibuscunque dignosci queat.

Diximus jam supra, triplex potissimum esse eorum genus, quæ Revelatio in S. S:a nobis tradita continet, scil. *facta*, *dogmata*, & *morum præcepta*. In istorum itaque fidem atque veritatem primum ut inquiramus, ordinis ratio exigit. *q*)

D 2

Occur-

Versuch von der Nothwendigkeit einer nähern Offenbarung, 1747, nostraque ætate Auctor anonymus libelli: *Kritik der Christlichen Offenbarung*, 1798. &c. idem demonstrat FICHTE l. c. pagg. 204-218; postquam hypothesebus hujus generis *Vindicias arbitrii divini in Religione constituenda* jam pridem opposuerat J. A. ERNESTI in *Opusculis Theol.* pagg. 189. seqq., illis profligandis etiam in aliis suis scriptis intentus.

q) Qui *crisin* materiæ hujus *a priori*, ut ajunt, nostris temporibus feliciter inprimis aggressus est Cl. FICHTE, seposita omni Revelationis in *concreto* datæ consideratione, *facta* s. instituta Dei singularia ad lapsum hominum genus emendandum & salvandum, quorum in S. S:a mentio fit, quasi ignorans, nec de horum natura atque ad moralitatem habitu, neque de fide eorum historica exploranda atque tuenda, disputationem quandam instituit, & id quidem recte, cum notio Revelationis in se & *abstracte* spectata ea nec complectatur, nec tanquam absolute ad perfectionem & felicitatem nostram necessaria inferat. Nos vero, qui jam in foro Theologico ponimus, tradi nobis in S. S:a Revelationem quandam in facto positam, admiranda illa & benignissima enarrantem consilia, quibus perditam nobis miseris restituta est salus, ante omnia pervasos esse decet, tam vere hæc omnia nobis proponi, ut tuto fidem illis habere possidemus; quare & in theoria Revelationis vere divinæ condenda primum locum huic disquisitioni tribuimus, cum non minus dogmata Fidei, quam plurima Officiorum præcepta, vel ex factis istis pendecant, e. g. Jesum pro nobis mortuum suo merito salutem nobis

Occurrunt tam in V. quam N. Testamenti Codice varia scripta historici argumenti, quorum *illa* tam origines rerum & generis humani, quam fata inprimis Reipublicæ Judaicæ, atque instituta Dei in hac præprimis Gente docenda & emendanda, hæc vitam & res gestas Salvatoris Apostolorumque ejus enarrant; quæ omnia, prout voluere recentiores quidam, solis practicæ rationis principiis argumentisque mere moralibus omnem Religionem contineri statuentes, hinc tamen minime deduci vel demonstrari possunt, cum veritati historicæ, factis & testimoniis innixæ, ea fedeant criteria, quæ *a priori*, & cum de possibilibus solis disquisitio instituitur, concipi nequeant. Fas itaque & æquum est, ut Auctores sacrorum librorum, cum in historia suorum vel anteaactorum temporum pertexenda versantur, ad easdem examinentur regulas, quibus fides & dexteritas Historici cujuscunque communiter æstimari solet. Neque enim opus est, ut in rebus, quarum ipsi Scriptores testes oculares vel auri-

afferre, esse ipsum colendum & amandum, &c. vel artissime saltem cum illis cõhæreant, *partim* tanquam adminicula revelatæ doctrinæ confirmandæ & dilatandæ, e. g. quæ de virtutibus Jesu eximiiis tam in vita quam morte ejus conspicuis, enarrantur, *partim* tanquam idonea symbola, ad sublimiora illa & mysteriis involuta dogmata sensualibus hominibus tanto facilius instillanda & ob oculos quasi sistenda, e. g. Sacramenta. Varia itaque empirica & sensibus subjecta, rationi vero sibi relicta vel ignota plane, vel adia-phora saltem atque symbolica continere potest Revelatio, piis vero atque religiosis excitandis fovendisque sensibus tanto aptiora, quanto propius faciliusque ad dictamina rationis practicæ absolutata accedant & revocari possint. An vero & quomodo hujus generis facta, plurane an pauciora, magis minusve solemnia, effectui dare, sapientissimosque ob fines Religionis & nexui rerum reliquo inferere velit Summum Numen, ab ejus solo & sapientissimo pendet arbitrio. Cfr. TIEFTRUNK l. c. P. I. pagg. 146. seqq. & C. F. AMMON in *Disquisitione quatenus Disciplina Religionis & Theologia Christianæ pendeat ab Historia Jesu Christi*, 1794.

auriti plerumque fuerunt, vel quas ex monumentis gentis suæ antiquioribus, notissimis cuique & fide dignis, depromere potuerunt, revelationem quandam adstruamus divinam & singularem, res litteris consignandas ipsis ingerentem atque inspirantem; quamvis ultro largiamur, providentiam divinam ipsis nihilominus inter scribendum ita adfuisse, ut in Religione tradenda omnium perfectissima atque maxime salutari neque per lapsum memoriæ, neque ex errore & incuria, multo minus scientes & volentes, necessaria quædam doctrinæ capita omittere, vel fucum venditare & ficta veris immiscere potuerint.

Cum vero potissimum ex libris, quos exararunt Auctores Codicis Novi Fœderis, Religio, quam pro vera & divinitus revelata habemus, eruta sit, neque tot prægnantes rationes scripta excitandi & commendandi V. Testamenti nobis hodie adsint, quot olim Christianæ Ecclesiæ & Doctrinæ primis statutoribus; brevitatis ergo in argumento nobis proposito enodando ita versabimur, ut præprimis ad ea attendamus rerum momenta, quæ fidem scriptis & doctrinæ Apostolorum concilient. r)

Quæritur vero hic, non tam de authenticâ pandectarum N. Testamenti, i. e. an eas vere exaraverint ii scriptores, quorum nomina præ ferunt? neque, an tam

D 3

incor-

r) Inesse vero etiam libris V. Testamenti indubia authenticæ criteria, auctoresque eorum pro veridicis & fide dignis habendos esse, dudum demonstrarunt plurimi Ecclesiæ nostræ *Theologi* longe celeberrimi, quorum argumenta in compendium quasi misa novisque firmitatis aucta exhibet J. G. EICHORN *Einleitung ins Alte Testament*, P. I. Cap. I. §§. 12. seqq.; quibus addantur, quæ de singulorum quorumque Auctorum fide & authenticâ in sequentibus non minus erudite quam solide disputat; ut ea taceamus testimonia, quæ ad fidem & divinam auctoritatem codicis V. Testamenti probandam momenta quoque N. Testamenti affatim suppeditant.

incorrupta, facta tectaque ad nos usque pervenerint eorum opera, ut quæ capita fuerint Religionis, quam proposuere, ex illis tuto satis atque clare intelligi queat? s) quam potius, num librorum Novi Testamenti Auctores ea fide digni sint, ut pro certis atque indubiis ea reputari possint, quæ de Ecclesiæ Christianæ initiis, inprimis vero quæ de Jesu, Religionis nostræ sanctissimæ auctore in secula celebrando, ejus vita, doctrina, miraculis, morte, resurrectione & reliquis rebus præclare gestis memoriæ prodiderunt?

Primum itaque fidei historicæ criterium nobis erit: *Facta quæ nobis enarrantur debent esse possibilis, ita ut non modo in intellectu cogitari, verum etiam experientia atque sensibus nostris subesse possint.*

Scriptor hujus momenti immemor, qui eventus rerum vel indubiis rationis principiis omnino contrarios, vel legibus experientia humanæ adversos, adeoque & intellectus nostri judicio haud obvios tanquam veros venditare & lectoribus suis persuadere satagit, tanto minus fidem meretur, quanto clarius prodit, se vel male sanum & deceptum, vel turpi alios ductum esse fallendi studio. Nam licet angustis omnino finibus contineatur intelligentia humana, neque datum nobis sit abditas Naturæ latebras, rerum-

s) Magnam argumentorum huc facientium copiam, quamvis non optimo delectu undique congestam, invenire licet in celebri N. LARDNERI opere: *the Credibility of the Gospel History*, Lond. 1741, &c. quæ ad accuratiorem trutinam studiose expensa pluribusque locuplatata tradunt J. D. MICHAËLIS in *Einleitung in die heiligen Schriften des N. Bundes*, P. I. §. 2. (Ed. 3.) K. A. HANLEIN in suo *Handbuch der Einleitung in die Schriften des N. Test.* P. I. pagg. 59. seqq. SEILER l. c. P. I. pagg. 237. seqq. ut alios & antiquiores & recentiores Scripturæ N. Testamenti strenuos eruditosque vindices taceam.

rerumque vires atque causas omnes penitus cognoscere; innotuere tamen nobis & per rationem & per experientiam certæ quadam veritates (*principia cognitionis humanæ* appellare sivevimus) immotæ adeo & immutabiles, ut notione Dei, facultate animi nostri cognoscitiva rerumque jam constituto ordine atque nexu salvis, nec aliter esse, neque aliter a nobis percipi atque cogitari possint; quas itaque Historicum, non minus quam Philosophum, sanctas atque intemeratas ubique revereri oportet. Res itaque & facta nobis non modo antea ignota, verum etiam omnem nostram intelligendi aciem, quoad modum, quo contigerint, superantia, referre quidem potest Scriptor, atque fidem nostram assequi; minime vero ea amplectenda nobis obtrudere, quæ in se omnino absurda sunt, vel quæ statis experientiæ legibus plane repugnant, quæque hanc ob causam nec olim potuerunt fieri, nec hodie, si vel mille testimoniis confirmata, credi possunt. †)

Dispiciamus itaque, quatenus ex criterio jam allato fides Historiæ Evangelicæ tuto satis æstimari atque probari possit?

Constat eam in vita factisque Salvatoris ennarrandis cum primis versari; quorum pleraque tum temporis hominum & sensibus & intelligentiæ facile obvia, neque a communi mortalium vivendi ratione admodum aliena, ultro credi, & ex siveitis Naturæ legibus explicari possunt; qualia sunt quæ de eximia Jesu in docendo sapientia & dexteritate, de insigni ejus in Deum & homines pietate, humili conditione & vivendi genere, odiis atque injuriis ipsi ad mortem usque illatis &c. a scriptoribus sacris dicuntur; de quorum itaque veritate inter omnes fere convenit.

†) Cfr. J. H. TIEFTRUNK *Censur d. protest. Lehrbegr.*, P. I, pagg. 130, seqq. & pagg. 141, seqq. (Ed. 2.)

venit. Cum vero præter hæc in vita Christi & alia multa occurrant inaudita omnino atque prodigiola, imo primo obtutu ob rei insolentiam fere incredibilia, *miracula* loquor, ab ipso & privatim & publice patrata plurima, prætereaque in iis, quæ de ejus conceptione, nativitate, baptismo, tentatione & transfiguratione, vaticiniis, passione denique, resurrectione & ad cœles abitu proponuntur, varia mirabilia prorsus atque captum omnem excedentia nobis obveniant, e quibus hanc ipsam ob causam haud pauci Religionis Christianæ assertores firmissima argumenta pro divinitate ejus petenda esse affirmarunt, cum vicissim hæc ipsa miracula & prodigia, quasi indubia creduli & superstitiosi seculi indicia, aliis summo fuerunt offendiculo, animosque eorum a Fide & Ecclesia Christiana reddidere omnino alienos; e re erit, in materiam hancce & Philosophorum & Theologorum longis disensionibus celebrem, junctaque ipsorum opera toties, nostro quoque ævo vexatam, paulo altius inquirere, quo certo constet, quid in difficili & ancipiti hocce loco nobis demum tenendum sit? quamque fidem Evangelistis & Apostolis talia recensentibus tribuere conveniat?

Confessum est in vita Christi & alia multa occurrant inaudita omnino atque prodigiola, imo primo obtutu ob rei insolentiam fere incredibilia, miracula loquor, ab ipso & privatim & publice patrata plurima, prætereaque in iis, quæ de ejus conceptione, nativitate, baptismo, tentatione & transfiguratione, vaticiniis, passione denique, resurrectione & ad cœles abitu proponuntur, varia mirabilia prorsus atque captum omnem excedentia nobis obveniant, e quibus hanc ipsam ob causam haud pauci Religionis Christianæ assertores firmissima argumenta pro divinitate ejus petenda esse affirmarunt, cum vicissim hæc ipsa miracula & prodigia, quasi indubia creduli & superstitiosi seculi indicia, aliis summo fuerunt offendiculo, animosque eorum a Fide & Ecclesia Christiana reddidere omnino alienos; e re erit, in materiam hancce & Philosophorum & Theologorum longis disensionibus celebrem, junctaque ipsorum opera toties, nostro quoque ævo vexatam, paulo altius inquirere, quo certo constet, quid in difficili & ancipiti hocce loco nobis demum tenendum sit? quamque fidem Evangelistis & Apostolis talia recensentibus tribuere conveniat?

In Confessione est in vita Christi & alia multa occurrant inaudita omnino atque prodigiola, imo primo obtutu ob rei insolentiam fere incredibilia, miracula loquor, ab ipso & privatim & publice patrata plurima, prætereaque in iis, quæ de ejus conceptione, nativitate, baptismo, tentatione & transfiguratione, vaticiniis, passione denique, resurrectione & ad cœles abitu proponuntur, varia mirabilia prorsus atque captum omnem excedentia nobis obveniant, e quibus hanc ipsam ob causam haud pauci Religionis Christianæ assertores firmissima argumenta pro divinitate ejus petenda esse affirmarunt, cum vicissim hæc ipsa miracula & prodigia, quasi indubia creduli & superstitiosi seculi indicia, aliis summo fuerunt offendiculo, animosque eorum a Fide & Ecclesia Christiana reddidere omnino alienos; e re erit, in materiam hancce & Philosophorum & Theologorum longis disensionibus celebrem, junctaque ipsorum opera toties, nostro quoque ævo vexatam, paulo altius inquirere, quo certo constet, quid in difficili & ancipiti hocce loco nobis demum tenendum sit? quamque fidem Evangelistis & Apostolis talia recensentibus tribuere conveniat?